

labras: «Si enim per libros docuisset et litteras, litterarum quidem peritus scripta didicisset, illiteratus vero nihil inde adjutus abiisset, si quis alius non induxisset: dives librum emisset, pauper emere non potuisset. Rursum qui sciret vocem illam per litteras significatam, intus posita nosset: Scythia... et omnes lingua carentes illa, nihil edocti abiissent. Hoc autem de cœlo dicere non licet...» etc.

«Quando quidem res creatæ, admirabili ordine et concentu quæ ocompositæ sunt, quibusdam veluti litteris, Dominum et creatorem indicant et quasi voce prædicant.» (San Athan., orat. cont. Gent., núm. 34, tom. I, fol. 33.)

Véase San Basilio, hom. *In princ. Proc.*, tom. II, fol. 99, y San Isidoro de Sevilla, *Sentent.*, lib. I, cap. IV, tom. II, fol. 4.

Trata San Juan Crisóstomo de la Ley revelada, de la natural y de la escrita en su homilía XII ad populum Antiochenum, tom. II, fol. 127.—En la XIII, fol. 136.—Hom. «ad eos qui scandalizati sunt» desde el cap. VII, tom. III, fol. 476.

Hablando San Agustín del orden admirable con que Dios rige el universo, dice: «Sed nos ista sentire non pòsse, quæ si sentiremus, delectatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per Prophetam, qui hæc divinitus inspirata didicerat, dictum est de Deo: *qui profert numerose sæculum*. Unde *musica*, id est, scientia sensusve bene modulandi, ad admonitionem magnæ rei, etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei largitate concessa est. Unde si homo faciendi carminis artifex novit quas quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod canitur decentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat; quanto magis Deus, cujus sapientia, per quam fecit omnia, longe omnibus artibus præferanda est, nulla in naturis nascentibus et occidentibus temporum spatia, quæ tanquam syllabæ ac verba ad particulas hujus sæculi pertinent, in hoc labentium rerum tamquam mirabili cantico, vel brevius, vel productius, quam modulatio præcognita et præfinita deposcit, præterire permittit! (Epist. CLXV, n. 13, tom. II, fol. 726.) El Santo Doctor usó en várias ocasiones esta atrevida y bella metáfora.

Los Santos Padres inspirados por el conocimiento del hombre y el espectáculo de la naturaleza.

Hemos dicho que los Santos Padres escribieron ó pronunciaron discursos sublimes y elocuentes homilías, inspirados por el conocimiento del hombre y el espectáculo de la naturaleza: los jóvenes pueden comprobar la verdad de nuestro aserto leyendo las composiciones que vamos á indicar: estamos seguros que, si le siguen, nos han de agradecer mucho este consejo. Las nueve homilías, ó sea el *Hexæmeron* de San Basilio, tom. I, fol. 1.—El *Hexæmeron* de San Ambrosio, tom. I, fol. 2.—San Atanasio, Orat. cont. Gent., desde el n. 34, tom. I, fol. 33.—San Juan Crisóstomo, sus homilías IX, XI, XII y XIII ad populum Antioch., tom. II, desde el fol. 98.—El lib. II *De compunct.*, tom. I, fol. 148.—Cont. Judæos et Gent., etc., tom. I, fol. 573.—Homil. «ad eos qui scandalizati sunt, etc., desde el cap. VII, tom. III, fol. 476.—Exposit. in Psalm. CX, nn. 2 y 3, tom. V, fol. 267.—Homil. in illud *Ego Dominus feci lunam*, etc., tom. VI, fol. 145.—San Agustín, Serm. CXLI, nn. 1 y 2, tom. V, fol. 776, y en otros muchos lugares que nos abstenemos de citar por evitar la prolijidad.—S. G. Nazianc., orat. XXVI, tom. I, fol. 389.

El hombre es un mundo en compedio: así lo dicen San Basilio, hom. *ATTENDE TIBI IPSI*, n. 7, tom. II, fol. 23. S. G. Nazianc. orat. XLII, tom. I, fol. 604.—San Isidoro de Sevilla, *Sent.*, lib. I, cap. VIII, tom. II, fol. 7.—Santo Tomás, I pars, q. XCI, a. 1.

LECCION IX.

Donde quiera que se encuentre la verdad se debe utilizar para el servicio de la Religión.

Philosophi autem qui vocantur, si qua forte vera et fidei nostræ accommodata dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam injustis possessoribus in usum nostrum vindicanda... Sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores, et quedam morum præcepta utilissima continent, (doctrinæ gent.) deque ipso uno Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos, quod eorum tamquam au-

rum et argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinæ providentiæ, quæ ubique infusa est, eruerunt, et quo perverse atque injuriose ad obsequia dæmonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre christianus ad usum justum prædicandi Evangelii... Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne apiscimus quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus Doctor suavissimus et martyr beatissimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus, Optatus, Hilarius, ut de vivis taceam? Quanto innumerabiles Græci? (S. August.: *De Doct. christ.*, lib. II, cap. XI, tom. III, fol. 63.)

Conducta de San Basilio.

Quis seipsum magis Spiritui purgavit, atque ita se comparavit, ut dignus esset, qui oracula divina explanaret? Quis rursus majore scientiæ luce conlustratus est, atque in profunda spiritus prospexit, ac cum Deo, quæ Dei sunt, exquisivit? Quis porro sermonem habuit animi sensa melius exponentem, ita ut neutra parte, ut plerique, claudicaret, nempe vel mente sermone destituta, vel sermone mentem haud æquo gradu sequente: verum parem in utraque re laudem obtineret, parque ipse sibi aut dubie esset ac vere integer et perfectus...? Basilio autem omnia, quæ spiritus sunt, perscrutatus est. Ex eoque mores omnes erudit, ac sublimiter loqui docuit, hominumque animos à rebus præsentibus abstractos ad futura traduxit. Laudatur apud Davidem solis pulchritudo, et magnitudo, et cursus, et celeritas, et vis ac facultas: quippe qui sponsum splendore, gigantem magnitudine referat, ac longe lateque progrediendo tantam vim habeat, ut ab extremis extrema æque collustret, nec locorum intervalliis ipsius fervor ullo modo minuatur. Basilio autem pulchritudo virtus fuit, magnitudo theologia, cursus perpetua virtutis agitatio per quotidianos ascensus ad Deum ferens; potentia, doctrinæ semen ac distributio... Quis doctrina propter mores minus eguit? Quis tamen uberio rem doctrinam cum moribus conjunxit? Quod disciplinæ genus est, in quo versatus non sit, atque ita eximie versatus, quasi in eo solo elaborasset? Sic nimirum omnia complexus, ut ne unum quidem quisquam: singula rursus ita ad summum, quasi nihil aliud præterea didicisset. Ad inge-

nii enim acrimoniam studium accebebat: ex quibus imperium artibus scientiisque comparatur. Qui cum celeritate naturæ propter laborem et contentionem minime opus haberet, quemadmodum nec laborem propter ingenii magnitudinem: sic tamen utrumque conjunxerat, ut non satis liqueret, utro nomine admirabilior esset. Quis in rhetorica, illa inquam vim ignis spirante, cum eo comparandus, tametsi illius mores à rhetorum moribus dissiderent? Quis in grammatica, quæ linguam ad græcismum format, historias colligit, metris præest, carminibus leges præscribit? Quis in philosophia, excelsa procul dubio scientia, et sursum gradiente, sive eam partem spectes, quæ in actione et speculatione posita est, sive eam quæ in logicis demonstrationibus aut oppositionibus et concertationibus versatur, quam dialecticam vocant: in qua adeo excelluit, ut iis, qui cum eo disputabant, facilius esset, è labyrinthis sese extricare, quam argumentorum ejus laqueos effugere, si quando res ita postularet... Ipsi porro eloquentiæ studium accesionis dumtaxat ac velut corollarii cujusdam rationem habebat, hoc tantum scilicet ex ipsa fructum decerpenti, ut ejus ope atque auxilio ad nostram philosophiam uteretur: quandoquidem ad explicanda animi sensa ipsius vis ac facultas requiritur (mens enim, quæ id, quod sentit, verbis exprimere nequit, hominum torpore laborantium incessui haudquaquam dissimilis est). At vero serium et præcipuum illius studium in eo versabatur, ut veræ philosophiæ operam daret, seseque à mundi contagione abrumperet, Deoque adjungeret, ac per terrena supra lucraretur, et per fluxa et fragilia, ea, quæ firma et æterna sunt, compararet... Jam verò astronomiam, geometriam, numerorum proportionem hactenus didicisse contentus, ut non ab iis, qui in hujusmodi rebus sciti et eruditi sunt, exagigaretur: quidquid supererat, ut pietatis cultoribus infrugiferum contempsit: adeo ut et quod elegit, magis admirari ad prædicare liceat, quam quod reliquit: et rursus id quod reliquit, majori laude efferre, quam quod elegit. (S. Greg. Nazianc., in laudem Basilio Mag., orat. XX, tom. I, folios 327, 300, 293, 300.)

Igual preferencia dió al estudio de las sagradas letras el mismo Nazianceno.

Lanugo nondum texerat genas, tamen
 Me litterarum cepera fervens amor,
 Veris studentem per nothas succurrere:
 Ne se superbe jactitarent qui nihil
 Norunt inanem præter eloquentiam,
 In gutture sitam, et dulcibus vocum sonis:
 Neve implicarer nexibus sophismatum.
 Præferre quippe litteris aliquid sacris,
 In pectus absit venerit ut unquam meum.

(S. G. Nazianc.: *Carmen de vita sua*, tomo II, fol. 2.)

Saludables consejos de San Juan Crisóstomo sobre el estudio de la literatura profana.

Vis filium esse obedientem? Ab initio eum educa in disciplina et admonitione Domini. Ne existimes esse supervacaneum, quod ipse divinas litteras audiat: nam illic hoc primum audient, honora patrem et matrem. Itaque propter te hoc fit. Ne dicas, hoc est monachorum; num ego eum facio monachum? Non est necesse ut fiat monachus. Quid id times quod est multo lucro plenum? Fac eum christianum. Maxime enim mundanis, nempe sæcularibus, necesse est discere quæ illic sunt documenta, magis autem pueris. Multa est enim in illa ætate ignorantia; ignorantia autem fit accessio etiam ex scriptis externorum; quando didicerint eos qui illic sunt heroes haberi in admiratione, cum sint servi animi perturbationum et vitiorum, et mortem timeant, ut Achilles quando eum pœnitet, quando moritur pro concubina: quando alius est ebrius, et multa alia ejusmodi. Illi ergo opus est his medicamentis.

Quomodo enim non est absurdum ad artes quidem mittere, et ad ludum litterarium, et pro eo omnia facere, in disciplina autem et Dei admonitione pueros non educare? Propterea nos primi fructus percipimus, audaces, intemperantes, immorigeros, sordidos, et illiberales alentes filios. Ne ergo hoc faciamus, sed huic beato pareamus suadenti. Educemus eos in disciplina et admonitione Domini... Audi Paulum dicentem: «Educa eos in disciplina et admonitione Domini.» Ne studium ponas

ut eum facias oratorem, sed erudi ut sit philosophus. Nam si illud quidem non sit, nihil est damni: si hoc autem absit, nullum erit lucrum rhetoricæ quantumvis multæ. Opus est moribus, non dicendi facultate, vitæ modestia, non orationis vehementia: factis, non verbis. Hæc regnum conciliant, hæc donant etiam quæ sunt vere bona. Ne linguam aquas, sed expurges animam. Non hæc dico prohibens erudire, sed prohibens illis solis adhibere animam. Ne existimes quod solis Monachis opus sit his documentis, quæ sumuntur ex scripturis. Maxime enim his opus est iis pueris qui venturi sunt ad hanc mundi vitam. Ut enim navis instructione et gubernatore, et nautarum justo et completo numero, non indiget qui perpetuo stat in portu, sed is qui semper versatur in mari: ita etiam mundanus seu sæcularis et monachus. Nam hic quidem est veluti in portu agens vitam nullis agitatum fluctibus, et procul à negotiis, et ab omni procella liberam. Ille autem perpetuo agit in pelago et in medio mari versatur, cum multis iisque ingentibus pugnantibus fluctibus. Et si ipse non opus habet, paratum tamen esse oportet ut aliorum linguas obstruat. (S. Joann. Chrys., in Epist. ad Efes., hom. XXI, tomo XI, fol. 159.) Propterea rogo, à nutrice acceptos infantes ne Græcis fabulis assuefaciamus, sed ab ineunte ætate discant quod sit iudicium; quod sit supplicium, infigatur eorum animis. Hic metus si radices egerit, magna bona facit. Anima enim quæ ab ineunte ætate didicerit ea ex spectatione concuti, hunc metum non cito amovebit. (S. Joann. Chrys., in Epist. II ad Thesalon., hom. II, n. 4, tomo XI, fol. 521.)

«Sin autem nemo fuerit, qui hæc pollicere possit, quæ utilitas si ad magistros mittantur, ubi prius vitia, quam litteras ediscent, dumque id quod minus est adsequi studebunt, quod majus est perdent, vires animo scilicet, omnemque probitatis indolem? Quid ergo ludosne omnes litterarios diruemus, aiunt? Minime hoc dico: sed ut ne virtutis destruamus ædificium neu vitam, obruamus animam. Quæ si temperans quidem fuerit, nullum ex litterarum imperitia sequetur detrimentum; sin corrupta fuerit, maximum damnum erit, etiamsi lingua vehementer acuta fuerit et expolita, tantoque majus damnum, quanto major dicendi vis accesserit. Nequitia enim cum dicendi facultate conjuncta multo deteriora, quam imperitia, mala parere solet. Quid

si illuc abeuntes, inquiet, præterquam quod tardiores linguam habeant, ab illa etiam virtute excidant? Quid vero si manentes, dic mihi, præterquam quod animam perdant, nihil ad eloquentiam in schola proficiant? (S. J. Chrysost.: *Adver. oppugn. vite monast.*, lib. III, n. 10, tom. I, fol. 95.) Este tratado, que comienza en el fol. 75, es interesantísimo, por la doctrina que en él se encuentra sobre la obligacion que tienen los padres de educar á sus hijos, y por las acertadas reflexiones que se hacen sobre la instruccion del espíritu y la educacion del corazon.

La carta de San Agustin al tribuno Marcelino es la CXXXVIII: está en el fol. 525 del tom. II. San Agustin, respondiendo á las consultas que le habian hecho Marcelino y Volusiano, se ocupa en probar la sabiduría del Señor en la abrogacion de la Ley antigua, en rebatir á los que decian que la Religion cristiana era nociva al Estado, y á los que querian comparar los hechos de Apolonio y Apuleyo con los milagros de Jesucristo y sus discípulos: todo es interesante en esta carta, mas lo es con especialidad la vindicacion de la moral del Evangelio y de su benéfica influencia en la sociedad. El Santo Doctor cita con mucha oportunidad dichos de Ciceron, Bruto, Salustio y Juvenal. Permítasenos copiar la magnífica metáfora con que confirma la conveniencia de la abrogacion de la ley antigua. Despues de haber explicado en qué consiste la belleza, dice: «Aptum fuit primis temporibus sacrificium quod præceperat Deus, nunc vero non ita est. Aliud enim præcepit quod huic tempori aptum esset, qui multo magis quam homo novit quid cuique tempori accommodate adhibeatur; quid quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat, minuatve, immutabilis mutabilium, sicut creator, ita moderator, donec universi seculi pulchritudo, cujus particulæ sunt quæ suis quibusque temporibus apta sunt, velut magnum carmen cujusdam ineffabilis modulantis excurrat, atque inde transeant in æternam contemplationem speciei qui Deum rite colunt, etiam cum tempus est fidei.» (N. 5, fol. 527.)

Donde es de ver el gran conocimiento que tenía San Agustin de los clásicos del paganismo y la oportunidad y acierto con que aduce el testimonio de los mismos en defensa de la Religion cristiana; es en sus nunca bien ponderados veintidos libros *De Civitate Dei*, tom. VII, desde el fol. 13.

El pasaje de Lactancio que citamos en la pág. 33 se encuentra en el lib. V de las divinas instituciones, capítulo IV, tom. I, fol. 371. En esta obra sostiene la conveniencia de servirse contra los paganos de sus propias armas, y éste es el método que él mismo sigue.

San Basilio no podia evitar que los jóvenes de aquella época leyeran los autores paganos; se propuso dar á este hecho una direccion acertada, predicando su bellísima homilía cuyo título es: «Ad adolescentes, quomodo possint ex Gentilium libris fructum capere.» (Tom. II, fol. 173.)

La eruditísima carta de San Jerónimo al abogado Magno la encontrarán los jóvenes en el tom. IV, parte segunda, fol. 654.

San Jerónimo asienta el principio de la conveniencia de aprovechar los escritos de los paganos para vencerles con sus propias armas; pero al mismo tiempo condena con toda la vehemencia de su carácter á aquellos que se dedican con exceso á la lectura de los clásicos del paganismo. (Epist. XVIII ad Eustoch., tom. IV, fol. 43.) Aquí es donde recuerda el doloroso castigo que sufrió por su desmedida aficion á aquellos estudios. Las palabras de San Jerónimo, pág. 35, son de la Epist. ad Damasum, tom. IV, fol. 153.

En tiempo de San Agustin y San Jerónimo no era tan necesaria como antes la lectura de los paganos.

La carta de San Agustin á Dióscoro, que le habia pedido le explicase algunos pasajes de Ciceron, es la CXVIII y se halla en el fol. 431 del tom. II. El Santo Doctor exclama irónicamente: «O rem dignam vigiliis et lucubrationibus episcoporum.» Declara que iba pasando ya la necesidad de impugnar el paganismo y que era mas urgente combatir las herejías; en la imposibilidad de transcribir largos pasajes, copiamos únicamente las siguientes líneas: «Nam si alienarum sententiarum dissidentium et repugnantium cognitio aliquid adjuvat insinuatorem christianæ veritatis, ut noverit quomodo adversantes destruat falsitates, ad hoc dumtaxat, ne quis contra disserens, non nisi in refellendis tuis figa oculos, sua vero sedulo occultet. Nam cognitio veritatis omnia falsa, si modo proferantur, etiam quæ prius inaudita erant, et dijudicare et subvertere idonea est. Sed ut non solum aperta

feriantur, sed etiam abscondita eruantur si alienos opus est cognoscere errores, erige oculos auresque, oro te, et vide atque ausculta utrum aliquis adversus nos de Anaximene et de Anaxagora proferat aliquid; quando jam ne ipsorum quidem multo recentiorum, multumque loquacium Stoicorum aut Epicureorum cineres caleant, unde aliqua contra fidem christianam scintilla excitetur.» Continúa llamando la atención de Dióscoro sobre la necesidad de combatir á los donatistas, maniqueos, arrianos, eunomianos y macedonianos: esto es, dice, lo necesario y no el remover errores ya olvidados: «et olim sopitas lites inani curiositate recoquere.»

San Jerónimo, en el prefacio del libro III de sus Comentarios sobre la carta á los galatas, asegura que hacía más de quince años que no había tomado en sus manos á Ciceron ni cualquiera otro escritor pagano; y un poco más adelante dice: ¿Quién lee ya á Aristóteles? ¿Cuántos son los que conocen siquiera el nombre de los libros de Platon? «Vix in angulis otiosi eos senes recolunt.» (Tomo IV, part. I, fol. 287.)

La historia del jóven á que aludimos en la página 36 la refiere S. J. Crisóstomo. *Adver. oppugnator. vite monast.* (lib. III, n. 11, tom. I, fol. 97).

LECCION X.

Intencion: San Agustin y Santo Tomás.

Respondeo: Dicendum, quod intentio, sicut ipsum nomen sonat, significat in aliud tendere. In aliquid autem tendit et actio moventis, et motus mobilis: sed hoc quod motus mobilis in aliquid tendit, ab actione moventis procedit. Unde intentio primo et principaliter pertinet ad id, quod movet ad finem... Voluntas autem movet omnes alias vires animæ ad finem, ut supra habitum est, unde manifestum est, quod intentio proprie est actus voluntatis.

Ad primum ergo dicendum, quod intentio nominatur oculos metaphorice, non quia ad cognitionem pertinet, sed quia cognitionem præsupponit, per quam proponitur voluntati finis, ad quem movet: sicut oculo prævidemus, quod tendere corporaliter debeamus... Dicendum, quod voluntas quidem non ordinat, sed tantum in aliquid tendit secundum ordinem rationis, præsupposita ordinatio-

ne rationis ordinantis aliquid in finem. (S. Thomas, 1.^a 2.^æ, q. XII, art. 1.)

Et hic manifestat de mundando corde, se cuncta ista præcipere, cum dicit, *lucerna corporis tui oculus tuus est. Si ergo oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit...* Qui locus sic intelligendus est, ut noverimus omnia opera nostra tunc esse munda, et placere in conspectum Dei, si fiant simplici corde, id est, intentione superna, fine illo charitatis: quia et plenitudo legis charitas. Oculum ergo hic accipere debemus ipsam intentionem, qua facimus quidquid facimus: quæ si munda fuerit et recta, et illud aspiciens quod aspiciendum est, omnia opera nostra, quæ secundum eam operamur, necesse est bona sint. (S. Aug., de serm. Domini in monte, lib. II, cap. XII, tom. III, fol. 1289.)

Más ampliamente expone la misma doctrina en el cap. XXII, fol. 1304, y en su Enarrat. in Psalm. CXVIII, serm. XII, n. 2, tom. IV, fol. 1332.

Gloria y vanagloria: amor de la una y de la otra.

Dicendum, quod in homine invenitur aliquid magnum, quod ex dono Dei possidet: et aliquis defectus, qui competit ei ex infirmitate naturæ. Magnanimitas ergo facit, quod homo se magnis dignificet secundum considerationem donorum, quæ possidet ex Deo: sicut si habet magnam virtutem animi, magnanimitas facit quod ad perfecta opera virtutis tendat. Et similiter est dicendum de usu cujuslibet alterius boni, puta, scientiæ, vel exterioris fortunæ. Humilitas autem facit quod homo se ipsum parvipendat secundum considerationem proprii defectus. Similiter etiam magnanimitas contemnit alios secundum quod deficiunt à donis Dei. Non enim tantum alius appetitur, quod pro eis aliquid indecens faciat; sed humilitas alios honorat, et superiores æstimat, in quantum in eis aliquid inspicit de donis Dei, unde dicitur in Psalm. XIV, de viro justo. Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: quod pertinet ad contemptum magnanimi. Timentes autem Dominum glorificat: quod pertinet ad honorem humilis. Et sit patet, quod magnanimitas et humilitas non sunt contraria, quamvis in contraria tendere videantur: quia procedunt secundum diversas considerationes 2.^a 2.^æ, q. CXXIX, art. 3, ad quartum... Respondeo dicendum, quod sicut supra dictum est, honor importat